



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

32 De oratione & horis canonicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

¶ Quia Lutherus docuit, omnia fieri absoluta necessitate, abstulit liberum arbitrium, plures eius sequaces contra expressas scripturas negant orandum esse, quia Christus pro nobis sufficienter orauerit.

Discipuli dixerunt ad Christum, domine doce nos orare, & ait illis, quum oratis dicite, Pater noster, &c.

Et dimissa turba Iesus ascendit in montem solus orare. Ipse autem sedebat in desertum & orabat.

Factum est autem illis diebus exiit, in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei.

Et ascendit in montem vt oraret, & factum est dum oraret, species vultus eius altera.

Positis genibus orabat dicens, pater si vis transfer calicem istum a me. Et factus in agonia prolixius orabat.

Aa 4 Ora-

Luc. 11

Mat. 6

Mat. 14

Mar. 6

Luc. 5. 6

Luc. 9

Luc. 22

Mat. 26

DE ORATIONE ET

- Mar. 14** Orate autem vt non fiat fuga ve
Mat. 24 stra hyeme vel sabbato.
Mar. 13 Videte vigilate & orate, nescitis
 enim quando tempus sit.
Mat. 5 Orate pro persequentibus & ca-
Luc. 18 lumniantibus vos.
 Oportet semper orare, & non de-
 ficere.
Ibidem Deus non faciet vindictam ele-
 ctorū clamantiū ad se die ac nocte.
Mat. 26 Orate ne intretis in tentationem.
Act. 4 Et quum orassent, motus est locus
 in quo erant congregati.
Act. 1 Et orantes dixerunt, Domine qui
 nosti corda hominum &c.
Ibidem Hi omnes erant perseuerantes vna-
 nimiter in oratione, cum mulieri-
 bus & Maria matre Iesu & fratri-
 bus eius.
Act. 13 Tunc ieiunantes & orantes, impo-
 nentesq; eis manus dimiserūt illos.
Act. 14 Et quum cōstituisent illis per sin-
 gulas ecclesias presbyteros, & oras-
 sent cum ieiunationibus, commēda-
 uerunt

uerunt eos domino. Quod ergo apostoli auidē petierunt scire, Christus docuit & imperauit, ac factō impleuit, Discipuli quoq; & Christiani primitiue ecclesie sedulo fecerunt, nullo pacto est à Christiano intermittendum.

Hoc autē genus (demoniorū) non eijcitur, nisi per orationē & ieiuniū. Mat. 17. 18.

Quęcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis. Mar. 9. 23.

Orationes tuę & eleemosyne tuę ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Act. 10. 4.

Et Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autē fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deū pro eo. Act. 12. 5.

Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti spiritus, vt adiuuetis in orationibus vestris pro me ad deum. Rom. 15. 30.

Quoniam & adhuc eripiet (de periculis) adiuuantibus vobis in oratione. 1. Cor. 10. 4.

A a 5 tione

DE ORATIONE ET

tione pro nobis.

Phil. 4 Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones vestrae innotescant apud deum,

1. Thess. 1 Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione.

Col. 4 Orationi instate vigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Hinc inuocatur Maria in principio sermonis.

Act. 6 Nos vero orationi & ministerio Christi instantes erimus. Nota orationem præponit prædicationi.

4. Reg. 20 Dixit Esaias ad Ezechiam, præcipe domui tuæ, morieris & non viues, qui orauit dicens, Obsecro domine, memeto quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod placitum est coram

coram te fecerim. infra: Hæc dicit dominus deus David patris tui, audiui orationem tuam &c.

Non impediaris orare semper.

Iosaphat ait. Quum ignoremus Eccle. 18
quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. 2. Par. 20

Oram⁹ deū, vt nihil mali faciatis 2. Cor. 13

Orate pro nobis vt sermo dei currat, & clarificetur, 2. Thess. 3

Obsecro primum omnium fieri 1. Tim. 2. 19
obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus, & omnibus in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate. Hic mos à s. Paulo vsq; in hunc diem seruatur in ecclesia, vt in fine sermonis oretur pro statibus ecclesiasticis & secularibus, pro pace, pro viuis & mortuis &c.

Volo viros orare in omni loco, 1. Tim. 2.
leuantes puras manus sine ira & discerpta

DE ORATIONE ET

sceptatione. Ex veteri ergo & nouo testamento liquet, quàm vtile & necessarium sit orare, pro omni bono contra omne malum.

Paucos hos locos ex mille delegimus, vide Psalmos.

Qui repugnant orationi Vniclephitæ & Lutherani, assimilantur gygantibus contra deum pugnantibus. Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui Gygates, qui destructi sunt confidentes virtuti suæ.

Eccle. 16.

Horas canonicas ab ecclesiasticis obseruandas ostenditur.

Psal. 118.

Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiæ tuæ.

Danie. 6.

Daniel ingressus est in domum suam, & fenestris apertis in coenaculo suo contra Hierusalem, tribus temporibus in die flectebat genua sua & adorabat. Ecce frata orandi tempora.

Act. 3.

Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

Act. 10.

Ascendit Petrus in superiora ut oraret.

oraret circa horā sextam. Ecce Apo-
stoli obseruarunt solitas orationis
horas, apud Iudæos, & hos sequuta
ecclesia.

Moyfes à temporibus antiquis ha-
bet in singulis ciuitatibus, qui eum
prædicent in synagogis, vbi per om-
ne sabbatū legitur, inquit s. Iacobus
& hodie faciunt Iudæi. Ignominio-
sum foret ecclesiæ tacere canēte sy-
nagoga. Tria capitula leguntur à
Iudæis omni die. Exodi. 13. in tribus
partibus, & Deut. 9. Rabbi Moyfes.
Erubescat Christianus qui non lau-
dat deum.

Act. 17

R. Moyse

Omnia tempus habent, & suis spa-
cijs transeunt vniuersa sub sole, Et
cum omnia in nobis honeste & secū-
dum ordinem fieri debere præcipit
Apostolus, cur laudes diuinæ nō ha-
berent suum tempus?

Eccle. 3
1. Cor. 14

In huius figura Hiericho corruit,
quando sacerdotes septem buccinis
circumierunt clangendo septies. Sic
buc-

Iosue. 6

DE ORATIONE ET

buccinis horarum Canoniarum,
corruunt machinae diaboli.

Cōtinuus Nota, cantica ecclesiae desumpta
ritus orandi esse ex Byblia, nō tamen secundum
1. Par. 23 trāslationem Hieronymi, qua iam
vtimur, sed septuaginta, vt liquet
in introitu. Lætare Hierusalē, quod
confer cum ca. 66. E. saia. Ibi lætami
ni Hierusalem. Sequitur igitur ista
cantica fuisse in missa, ante Hiero-
nymum.

Cyprianus testatur, de expositio-
ne orationis dominicae horas cano-
nicas, etiam in veteri testamēto ob-
seruatas ex Daniele, sed nobis Chri-
stianis prāter horas antiquitus ob-
seruatas orandi nunc & spacia & sa-
cramenta creuerunt. Sub lege erat
hora tertia, sexta & nona, ecclesia
addidit matutinas, primā, vesperas
Mat. 5 & completorium, vt sic iustitia no-
stra plus abundaret, quā scribarū
& phariseorum. Mysteria horarum
vide ibidem.

Iusti-

Institutæ sunt enim horæ ad laudã
 dum deum pro beneficijs suis, inter
 que maxima sunt beneficiũ creatio-
 nis septem diebus expletũ. Genes. 1.
 Et beneficium redẽptionis septem
 quodammodo horis peractum.

Iulianus imperator apostata trã-
 stulit ritum psallendĩ & horas cano-
 nicas ad paganos, vt honestas eccle-
 siæ non esset admirationĩ gentibus
 testis Cassiodorus in historia tripar-
 tita.

Hieronymus de v̄rginitate seruã
 da ad Demetriadem: Præter Psalmo-
 rum & orationis ordinem, quod tĩ-
 bi hora tertia, sexta nona, ad vespe-
 ram, media nocte & mane semper
 est exercendum, statue, quot horis
 sanctam scripturã ediscere debeas.

Idem in Epitaphio Paulę de ordĩ-
 ne monasterij inquit:

Mane, hora tertia, sexta, nona, ve-
 spere, noctis medio, per ordinem
 Psalterium cantabant.

Basi

DE ORATIONE ET

Basil. di. 91. Basilii de institutione vitæ reli-
c. presb. giosorum, capite secundo. Horæ a
sanctis viris precibus ad deū ac lau-
dibus dicatæ, sequēde sunt, ait enim
Psal. 118. magnus David: Media nocte surge-
& 134. bam ad confitendum nomini tuo, su-
per iudicia iustitiæ tuæ. Rursus ait:
Vespere & mane, & meridie.

Chrys. homilia quinquagesima-
nona. Matutinas orationes comple-
uerunt. infra: Tertiam, sextam, non-
nam, & vespertinas orationes cele-
brant: cum pluribus similibus.

Di. 91. ca.
presb.

Agathense concilium, presbyter
mane matutinali officio expleto, p̄-
sum seruitutis suæ, videlicet pri-
mam, tertiam, sextam, nonam, ves-
peramq; persoluat.

Augustinus ad inquisitiones Ia-
nuarij. Sine dubitatione faciendum
est maxime id quod de scripturis
defendi potest, sicut de hymnis &
psalmis canendis & ipsius domini
& Apostolorum habemus exempla.

Hoc

Hoc autem non fit nisi in horis Canonis.

¶ De matutinis horis.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Psal. 118

Memor fui nocte nominis tui domine. Ibidem

In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite domino. Psal. 133 & 6, 91

Lauabo per singulas noctes lectum meum.

Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime, ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.

Factum est in noctis medio, percussit dominus omne primogenitum in terra Aegypti. Exo. 12

Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. Ecce media nocte deus laudandus est, he enim sunt vigiliae christianorum, & monachorum, ait Hieronymus. Sic enim cladi Aegyptiorum non miscebimur, sed

B b

spon-

DE ORATIONE ET

- sponso venienti læti occurremus.
- Pfal. 81** Preueni in maturitate & clamaui.
- Mat. 26** Christus dum media nocte orat in
- Ioan. 18** monte Oliueti, à Iuda proditur, à Iu-
dæis capitur.
- Act. 16** Media autem nocte Paulus & Si-
las adorâtes laudabant deum, infra:
Subito terræmotus factus est mag-
nus. Si ergo Dauid, prophetæ, Chri-
stus, Apostoli, media nocte oraue-
runt ad dominū: cur Lutherani pi-
gri & sternutantes heretici, irridēt
Ironia religiosos ad matutinas surgentes,
quia vanum fit ante lucem surgere,
quasi promiserit dominus coronam
profunde dormientibus.
- Act. 12** Petrus media nocte liberatus de
carcere Herodis.
- Chrysofomus Constantinopoli cō-
tra Arrianam perfidiam, auxit in no-
cturnis, hymnis, orationes, author
Cassiodorus lib. 10. historiæ tripar-
titæ. cap. 8.
- Num. 3** Tribus Leui iussa fuit specialiter
serua-

seruare custodias noctis filiorum Israel, ante tabernaculum testimonij. Specialiter ergo iam religiosi vigilent in matutinis, pro salute Christianæ plebis.

Abeat ergo Vigilantius & Luthar-gici hæretici cum Lutheranis, vigilias, & matutinas contemnentes.

DE NOCTURNIS
& laudibus.

Institutio solennis officianti à S. Marco dicitur incepisse in Alexandria, quæ postmodum ad alias defluxe ecclesias, testatur Philo Iudæus, renarrat Eusebius eos novos composuisse hymnos, libro, 2. capite, 17. & de nocturnis officijs, & psalmorum lectione. Testis etiam Cassiodorus. Si ergo Marcus hoc ordinavit in Alexandria, profecto hoc à S. Petro habuit, sicut & suum Euangelium: ideo Hieronymus vocat eum interpretem.

Duodecim Psalmos ordinatos
B b 2 fuis-

DE ORATIONE ET

fuisse testatur Cassianus, & totidem lectiones ex nouo, & veteri testamento.

Conciliū Laodicense noluit psalmos continuari, sed lectiones interseri.

Hieron.
Nocturni. Sanctus Hiero. Psalteriū aptissime diuisit, iussu Damasi, vt magna varietas orandi cessaret. Tres nocturni & laudes in vna vigilia canūtur, loco quatuor vigiliarum, cum caro infirma sufferre non sufficeret, continuam vigilandi obseruantiam. Laudes deo persoluuntur, quod cum omnis creatura in laudem Dei soluat, culpabilis esset homo rationis capax, qui id facere negligeret. Prophetiæ assumptæ sunt supra Psalmorum vsum, q̄ oēs prophetiæ Christi scopum habuerūt, & Christus **LUC. 4** in synagoga aperuit, & legit Esaiā. Euāgelia quoq; certa, certis diebus & festis fuerunt à tempore apostolorum accommodata, & annua obseruan-

HORIS CANONIC. 192

uantia custodita. Augu. in prologo,
super canonicam Ioann. Interposita
est solennitas sanctorum dierum,
quibus certas ex euāgelio lectiones
oportet in ecclesia recitare, quæ ita
sunt annuæ, vt aliæ esse non possint
ordo ille quē susceperamus necessi-
tate paululum intermissus est.

August. necessarium ponit certa in
festis legi euangelia. Heretici omnia
confundunt euangelia, omni die pro-
libito sumentes.

Libros Ionæ & Iob certo tempore
legi astruit Ambro. libro quinto epī-
stolarum, Epistola. 33.

Concilium Aphricanum ca. 13. de-
creuit, liceat legi passiones marty-
rum, cum anniuersarij dies eorum
celebrantur.

DE HYMNIS ET

Antiphonis, & psal-
lendi vsu.

Et hymno dicto, exierunt in mon-
tem Oliueti Mat. 26.

B b 3 Ver-

DE ORATIONE ET

Colo. 3. Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia docētes, & commonentes vosmetipsos in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, & gratia, cantantes in cordibus vestris domino,

Psal. 99 Introite portas eius in confessione, atria eius, in hymnis confitemini illi,

Psal. 64 Te decet hymnus Deus in Sion.

Psal. 118 Eructabunt labia mea hymnū, cum docueris me iustificationes tuas.

2. Mac. 10 Quibus gestis, in hymnis & confessionibus, benedicebant dominū,

1. Cor. 14 qui magna fecit in Israel. Orabo spiritu, orabo & mēte: psallam spiritu,

Psal. 9 psallam & mente. Psallite domino qui habitat in Sion, psallam nomini

Psal. 64 tuo altissime, in psalmis per totum.

Ephe. 5 Psallite deo nostro, psallite. Impleamini spiritu sancto, loquētes vosmetipsis in Psalmis, & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris,

& cæ-

& cætera. Psalmus obsecrationem,
 Antiphona postulationem, Collecta ^{1. Tim.}
 orationem, Hymnus gratiarum a-
 ctionem sonat: horum enim quatuor
 meminit Paulus.

Alexandriæ ortus psallendi alter- ^{Supra}
 nus modus vt supra, à Chrysofomo
 restitutus, per omnem ecclesiam re-
 ceptus.

Concilium Toletanum dixit de ^{De con. di.}
 hymnis canendis, & Iesu saluato- ^{1. c. de hym-}
 ris, & apostolorum habemus exem- ^{nise}
 plum.

Idem concilium Isidoro præside.
 Ne aliquibus nostra diuersitas apud
 carnales vel ignaros schismatis er-
 rorē videatur ostēdere, & multis ex-
 tet in scādalum varietas ecclesiarū:
 Vnus igitur ordo orandi, atq; psal-
 lendi à nobis per omnē Hispaniam
 atq; Galitiam conseruetur.

Augustinus ad inquisitiones Ia-
 nuarij. Si quid per loca Ecclesiarum
 regionūque variatur, faciat quis;

B b 4 quod

DE ORATIONE ET

quod in ecclesia in quam venerit, inuenerit, nō enim quicquam eorum contra fidem est, nec contra mores fit. Vide eum est pulcher.

Pfal. 44

Ua. 6

Varietas ecclesiarū in diuinis officijs, nō impedit sed ornat, quia astitit regina à dextris tuis, circumdata varietate, modo nō sit tanta varietas, vt videatur inducere errorem schismatis.

Isidorus, Antiphonas Græci alternis choris cecinerunt, velut duobus seraphin ac testamentis inuicem sibi clamantibus. Sanctus Ambrosius Græcos imitatus, apud Latinos Antiphonas instituit: testis tripartita historia.

Ignatius primus per visionem doctus angelorum antiphonas Antiochiæ instituit.

Apoc. 4

Et quatuor animalia requiem nō habebant die ac nocte, dicētia, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus deus omnipotens. Ad angelorum imitatione-

HORIS CANONIC.

tationem ecclesia se exhortatur ad
cantum, in præfatione dicens: Cœli
cœlorumq; virtutes, ac beata Sera-
phin socia exultatione concelebrāt,
cum quibus & nostras voces vt ad-
mitti iubeas deprecamur, supplicā
cōfessione dicētes, Sanctus sanctus,

Luther egregie hic desipit, Quā
enim passim reiiciat constitutiones
humanas, hic ne videatur tot⁹ pigri-
tare, horas canonicas nō reiicit om-
nino, sed pro suis apostatis & periu-
ris, permittit, vt tres duntaxat psal-
mos pro matutino sumant officio,
tres pro vespertino.

Paulus Corinthios, Ephesios, &
Colossenses docuit cantū vocalem,
in hymnis & psalmis.

Obijciunt hæretici.

- 1 Non omnis qui dicit mihi domi-
ne domine, intrabit in regnum cœ-
lorum. Mat. 7
- 2 Si orationes valerent, tunc deū
necessitarent.

B b 5 Si

DE ORATIONE ET

3 Si orationes essent vtilis, tunc
alia bona opera essent superflua.

Mat. 6 4 Scit pater vester quid opus sit vo-
bis antequam petatis eum, frustra
ergo orant.

Malac. 3 5 Ego deus & nō mutor: ergo, ora-
tione non flectitur.

Mat. 6 6 Orantes nolite multum loqui, si-
cut ethnici faciunt, putant enim, q̄
in multiloquio suo exaudiātur: Ideo
oratio non sit proluxa.

7 Sacerdotes possent aliquid vti-
lius facere, q̄ murmurare tot psal-
mos, & quid melius & deo placētius?
Ita argumentantur aliquando te pi-
di auditores Theologiae.

8 In Byblia horæ canonicę nō præci-
piuntur clero.

9 Nihil est in ecclesia legēdum, nisi
verbum Dei. In orationibus autem
multa alia continentur, etiam fabu-
losa de sanctis.

Respondent catholici.

De primo Christus hic non prohibet oratio-
nem,

nem, sed hypocritā qui verbis orat deum, non factis, excludit à regno cęlorum, quales sunt hæretici factis deum impugnantes.

Deus omnium rerum supremus arbiter, à nemine necessitatur, attamen p̄is orationibus fidelium pulsatus, gerit se per modum necessitati, velut ait Moysi roganti: **De secūdo** Dimitte me, vt irascatur furor meus, quasi prohibitus petit se dimitti. **Exo. 32**

Oportet illud facere (orare) & alia non negligere, adeo ieiuniū non est superfluum nec elemosina, vt subleuetur his oratio in cęlum, velut p̄ennis, Hieron. **De tertio**

Fatemur deum præscire, nec narramus vt ignorantem, sed rogamus vt potentem, subuenire. Oratione itaq; id petimus, quod deus disposuit nos medio orationis esse consequuturos. **De quarto** Vult enim rogari deus, ne vilescat datum.

Deus oratione non mutatur per **De quinto** essen-

DE ORATIONE ET

23 + 9 + 4 + C +
Obtineri.

essentiam, sed effectus mutatur. Vnde oratio nostra non ordinatur ad immutationem diuinæ dispositionis, sed ut obtineatur nostris precibus, quod deus disposuit ante sæcula donare, ut dicit Greg. in li. dialogorum.

De sexto.

Non prohibetur, multiloquiū orationis simpliciter, sed sicut ethnici faciunt. Augu. ad Probam inquit: Multiloquiū prohibetur, non prolixitas seu duratio. Nam multum loqui, est rem superfluis agere verbis. Vnde patrum in Aegypto breues, sed crebræ erant orationes. Prolixe orauit

Luc. 22 Christus, prolixè orauit Anna, & 1. Reg. 1 multiplicauit preces, & Christus per

Luc. 2, 6 noctabat in oratione. Et Rabanus in Matthæum. Sicut hypocritarum est præbere se spectandos in oratione, quorum fructus est placere hominibus. Ita ethnicorum, id est, gentium, in multiloquio suo se putare exaudiri. Et re vera omne multiloquiū a gentibus venit, qui exercē-
de lin-

da linguæ potius quam mundando animo dant operam. Et hoc nugatorij studij, vel rogatorij genus, etiam ad prece deum flectandum transferre conantur, arbitantes sicut hominem iudicem, ita verbis deum abduci in sententiam. Nolite itaq; similes esse illis, dicit vnus, & verus magister. Hæc ille.

Isti sunt similes Naaman, qui meliores iudicauit fluuios Damasci omnibus aquis Israel, vt mundetur in eis, sed propheta iubet, vt in Iordane lauetur, si velit sanari, ita si melior sit lectio vtriusq; testamenti, sit ita, tamen in aqua lauandum est, vbi magistri ecclesiæ iubent, in septē horis canonicis. Sic cæcus iussus adire natatoria, non dixit, melius est vt orem, nostrū est obedire præceptis, non pro arbitrio nostro potiora eligere. Maledictus qui facit opus domini negligenter.

In Byblia non præcipiuntur horæ cano-

De septi,
4+ Reg, 5

Hier. 48
Alias frag
dulenter
De octa,

DE ORATIONE ET

Canonica, sed insinuantur, & ecclesia à sacris magistris, id est apostolis, hoc accepit. Obedire autem oportet præpositis. Contendit horas debere esse liberis, verum sunt libera libertate Christiana qua seruiendum est deo, non autem libertate Machometica, qua quisque facit vel omittit secundum desideria prava cordis sui.

Contrarium fuit ostensum, etiam De no. legendas sanctorum in officiis diuinis recitandas, similiter homilia patrum leguntur, & Collectæ orationum, in sacris literis expresse non continentur. Agones vero inuictorum martyrum non rejicimus more Lutherano, modo fideliter sint conscripti, nam & in Byblicis scriptis aliqui continentur, ut Stephani, Iacobi, Pauli, &c. alij à magnis quandoque viris sunt perscripti.

¶ Coronis.

Lutherani & alij hæretici, explodentes

dentes ritum canendi, legendi & orandi ecclesiasticū, atq; iuxta vesana eorum capita, nouas conficientes formulas cantādi, missandi, ac orandi, faciāt sicut Paulus Samosatenus hæreticus, qui psalmos Christo dictos cessare fecit, velut nuper inuentos. In semetipsum autem compositos in die Paschæ in medio ecclesiæ canere mulieres, maxime quas prius instituerat, faciebat. Sic modo faciunt stulti hæretici cum suis cantilenis, & porcinis ac caninis nouis vlulatibus.

Eusebius
 li. 7. ec. h.

DE PLVRALITATE
 sacerdotum, & Decimis
 XXXIII.

¶ Hæretici calumniantur multitudine seruorum dei, sacerdotum & monachorum

SAnctifica mihi omne primogenitū quod aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus quam iumentis, mea enim sunt omnia.

Exo. 13

Pri-